Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vi

Medium vero sex et superius cubitos septem secundum modum primo figuratum et in columna exteriori parte segmentis pro ut potest in plano figurari Sciendum quod ista deambulatoria vocentur mihi tabulata et licet patet ex dictis vsque ibi trabes autem possunt in domo propter ventum formisecto quia trabes ut dictum est transibant vltra murum exterior ut non haberet murus templi vsum non refert ad trabes secundum istam expositionem quia cum transient per medium muri necessario oportebat si referuntur ad tabulas sic trabes positus quesiti erant posite quod non intrabant muro templi in media te tamen illud spatium quod erat inter murum et tabulas erat ita parum quod omnes ambulantes non possent ibi cadere nec posset minus intrare sed ad quid dimittitur tale spatium inter tabulas et murum non videtur propter aliquid Alii dicunt et melius ut videtur quod ad tantellos deambulatoriorum impedientium casum ambulantium extra exteriori sic distabantia muro templi secundum longitudinem trabis extra murum pdeuntem ut sic deambulatoria haberet latitudinem quemente Sed non hebreos qui non ponunt ista de ambulatoria sed appendencia seu domicilia latalis ut pditum Sicut est intelligendum quod in extremis templi in parte exteriori erat vnus ordo appenditorum quorum altitudo erat quinque cubitorum et cum murus templi elevatur a terra per quinque cubitos erat restricto a parte exteriori per vnum cubitum et in spacio illius cubiti prominentis erat tapita trabium vbi tunc primo ordo appenditorum quinque ad altitudinem sua et alia tapita trabium sustentabantur ab exteriori parte appenditorum et in elevato muro templi quinque cubitis muro templi erat restricto vno cubito vbi ponebantur tapita trabium appenditorum mediorum et modo eodem de tertis appenditis et sic latitudo appenditorum mediorum erat cubitorum sex latitudo vero ultimorum vni propter maiorem restrictionem muri templi in ascendendo et sic tres ordines appenditorum attendebant iuxta murum templi per xv vt supra dictum est et tectum superius erat planum et portabatur a parete exteriori per parietem exteriorem appenditorum sicut figuratum est in columna opposita exterior

204